

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Æstiva - A Dominica SS. Trinitatis, ad Dominicam decimamquintam
post Pentecosten

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Feria 3. Respondet Dominus Pharizæis. Nemo sui bono vel mali bonus
Judex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44226

enim quæ à doctrinis sunt, novit Dominus; per vero
quæ verò sunt quæ à sinistris sunt. Ex utra parte de-
fici? Forte ex utraque.

III. PUNCTUM.

- N**EC propter alios igitur à bono te excusabis,
nec quemquam alium propter te accusabis:
Quia sic perverteres universum gratiarum or-
dinem, qui tam diversus est circa bona quædam
facienda quæ sunt diversi non tantum ordines
in Ecclesia, sed diversæ etiam personæ in uno-
quoque ordine. Ac proinde dicebat Apostolus:
1. Cor. 15. Vndeque in suo ordine, primùm quidem in
is quæ spectant gratiam, tum quæ futuram glo-
riam. Hæc est scilicet varietas qua circumdatur
Ps. 44. Regina in vestitu deaurato, id est, Ecclesia tri-
umphans & militans, cujus tot sunt figuræ &
adumbratae quædam imagines, quæ sunt in
mundo corpora sive cœlestia sive terrestria, sive
humana sive civilia: quæ cum omnia non nisi
diversis constent partibus, quæ suum quæque
munus & ordinem distinctum habent, nihil esset
universæ rerum naturæ repugnantius, quam si
pars una, deserio suo munere & ordine, se in al-
terius munus ingereret, aut ad sui formam cæ-
teras omnes efformaret.
- Nunquid Sol cessabit lucere quia solus in die
lucet? Aut nunquid ideo cætera poteris accusa-
re astra, quod minus quam Sol lucent? Velles-
ne corpus humanum aut totum esse oculum,
aut totum aurum? Quis à fico poma, vel à po-

mificis desideret? Nunquid in magna domo
non solum sunt vasæ aureæ & argenteæ, sed & li-
gnea & scilicet: & quadam quidem in honorem,
quadam autem in contumeliam? Quid insulsi-
us quam si servus dominari velit, aut Dominus
se servo nimis subiicit? Hoc est quod terram *Prov. 30.*
commoves & concurbat, inquit Sapiens, cum
servum regnaverit: & hoc est quod terra non po-
test sustinere, cum ancilla fuerit hares domina sua.

Vide quæ supra de his fusis ubi non modò *In 1. parte*
discas quam sit fructuorum sibi suoque muneri in com-
pacare fideliter, sed quam præterea perniciosū, muni-
tudo discedere quovis prætextu, vel alias judi-
Conf. care, quod idem tecum non sentiant, nec se tibi *Pontif.*
conformant. Is qui manducat, non manducan-. *Rom. 14.*
tem non spernat: & quinon manducat, mandu-
cantem non judicet, Deus enim illum assumpst.
Tu quis es qui judicas alienum servum? Domi-
no suo stat aut cadie. Tu autem quid judicas fra-
trem tuum, aut tu quare spernu fratrem tuum?
Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Vnu-
quisque nostrum pro se rationem reddet Deo, Non
ergo amplius in vicem judicemus: sed hoc judica-
te magis ne ponatis offendiculum fratribus vel scandu-
lum. Quod certè fit alterutro ex his duobus
quæ in veritate considerata continentur, nempe
si de fisticas facere propriezat alios quod tibi facien-
dum cognoveris: aut si accuses alios quod idem
tecum non præstent. Utroque possunt perinde
offendi, quia utrumque perinde est inordina-
tura. In mente ergo habe, qualiter acceperis & *Apoc. 3.*
audieris, & serva.

FERIA TERTIA.

RESPONDET DOMINVS PHARISÆIS.

Quare & vos transgredimini mandatum Dei, propter traditionem
vestram? *Matth. 5.*

VERITAS PRACTICA.

- Nemo sui boni, vel mali bonus *Judec.*
I. est, in ratione boni vel mali agendi, judicium
nostrum quantumvis pius videatur & reli-
giosum, nobis saltem debet esse suspectum.
- R**AATIO EST, Quia ubi periculum est, ne no-
strum judicium à natura corrupta corrumpa-
tur, suspectum nobis esse debet.
Sed in ratione boni vel mali agendi, periculum est
ne judicium nostrum corrumpatur.

Ergo sum nobis saltem suspectum esse debet; &
non statim sequendum: sicut multis aliquan-
do accidit, & tibi sapius.

I. PUNCTUM.
RECTISSIME sanctus Hieronymus *Comm. in*
de responsione Domini ad Phariseos, *Matth.*
Falsam calumniam vera response cō-
futat. Cum, inquit, vos propter tradi-
tionem hominum precepta Dei negligatis, quare
discipulos meos arguendos patatis, quod Seniorum
jussa

jus *la* *par* *vi* *p* *en* *d* *at* *ut* *Dei* *sc* *ita* *c* *u* *s* *t* *o* *d* *a* *n* *t* *s* *Quod*
 nam verò Pharisai mandatum transgredentur, ipse Dominus in Evangelio pergens loqui, sic aperit; Nam Deus dixit, honorā Patrem & matrem, & qui maledixerit Patri vel mari, morte morietur; vos autem dicitis, quicunque dixerit Patri vel mari, munus quocunque est ex me, tibi proderit, & non honorificabit Patrem suum aut matrem suam: & irritum fecisti mandatum Dei proper tradidissem vestram.

Quæ Domini verba sic explicat idem sanctus Hieronymus; Preceperat Dominus, velim ecclitantes vel statim vel penitentes Parentium c. n. s. de-
 trans, ut filii honorarent etiam in vita necessaria ministrar dñs, Parentes suos. Hanc providentissimam Dei legem volentes Scriba & Pharisei subvertores ut in pietatem sub nomine pietatis inducerent, docuerunt pessimos filios, ut si quis ea qua parentibus offerenda sunt, Deo vovere voluerit, qui verus est Pater, oblatio Dei preparatur Parentum muneribus: vel certe i. si Parentes, qua Deo consecratae ernebant, ne sacrificij crimen incurrent declinantes, egestate conficiebantur. Atque ista ferebat ut oblatio liberorum sub occasione templi & Dei, in Sacerdotum lucra cederet.

Hæc sanctus Doctor in quibus illud præcipue observa quod dicit, *U*niuersitatem sub nomine pietatis inducerent. Quod propriè est illud quando sub prætextu boni fit malum. O quam multos hæc illudit illusio! Quam multi libere peccant ut aliquid boni agant? Quam multi officiosè mentisuntur, jucundè detrahunt, & ut placant alios, displaceant Deo! Numquid Deus indigeret vestro mendacio? Jam pridem dixit Apostolus & supra declaratum est. Non esse facienda malitia & evanient bona. Sed quia saepe aliter judicamus & videmur nobis piè & religiosè judicare, idcirco opportunè hæc universalis veritas proponitur ut in ratione boni vel mali agendi, judicium nostrum, quantumcumque pium & religiosum videatur, suspectum nobis sit, nec circa in praxi sequend.

Ratio est facilis, sed saepe nobis consideranda pro fructu quem continet, mirum enim quantum nostrum nos decipiamus judicio, & cùq; quidem facilius quò videtur æquius & religiosus. At certè diffidendum & tunc vel maximè cum periculum est ne à natura corruptatur. Hæc est una videlicet ex humanis miseriis deploratissima, ut cum appetitum cohibere & regere debet ratio atque judicium, judicium potius ipsæ appetitus pervertat & depravet. *In* *con* *stan* *ta*

Hayne *ne* *fuc* *Par* *stertia*.

concupiscentia transuerit sensum, ait Sapientia, Munera excusat prudentes & subvertunt verba justorum, ait ipse Deus: & alibi, Victoriam & honorem acquiret qui dat munera: animam autem auferat accipientium. Certè ubi sublata est anima, judicium superesse non potest, neque aliter qui dat munera judicis accipientis auferat, quâ quia munus appetit se suis sine corüpi judicio qui munus accipit. Nescierat facere judicium relatum, thesaurantes iniquitatem & rapinam in diebus suis. *A*VDITE hoc Principes domus Iacob, & Iudices domus Israel qui abominamini iudicium, & omnia recta per iustitiam, Principes in muneribus judicabant. & Sacerdotes in mercede docebant. & Prophetæ in pecunia diruinabant. & super Dominum requiecebant dicentes: nunquid non Dominus in medio nostrum? Non venient super nos mala. Propter hoc, causa vestri, Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem quasi acervus lapidum erit, & mons templi in excelsa sylvarum. Quasi diceret, inde tota pernicies quod judicium corrumpatur: & inde tota judicij corruptio quod ex appetitu depravetur.

Sap. 4.

Exod. 23,

Prov. 22,

Amor 5.

Mich. 3.

IL PUNCTUM.

SED in ratione boni vel mali agendi tunc maxime periculum est ne judicium nostrum corruptatur.

Quia videlicet tunc maximè viget & excitatur appetitus naturalis. Nam si hic appetitus hoc unum spectat ut quod sibi placet, avidè prosecutatur, & quod sibi displaceat, citò fugiat; nonne tum illa prosecutio & fuga maximè concitantur quando est evitandum culpæ malum, vel bonum opus faciendum? Quandoquidem in alterutro semper inest quod magis appetui placeat aut displiceat. Quid enim huic magis placet quam epulari, jocari, ludere, quæ sunt mala sive evitanda; & quid magis displaceat quam jejunare silere, obedire, humiliari, & similes virtutum aetus quæ sunt nobis bona præstant? Omnis disciplina, iisque apostolus, in præsente quidem videretur, non esse gaudij, sed moeroris. Atque inde primò sequitur ut pro maiori complacentia vel displacecentia quam appetitus senit, ipse appetitus corruptatur, deinde vero sic corruptus judicium ad se trahat & corruptat. *S*andalia ejus rapuerunt oculos ejus: *P*ulchritudo ejus captivam fecit animam ejus: De iuditha sermo est circa Holofernem & dñe quavis delectabili, circa judicium sermo usurpari potest.

Hebr. 12.

Indith.

16.

Tt

Quod

Quod vel ex eo maximè probatur, quod tam
multi peccant & tam pauci se verè agnoscant
peccatores, quia videlicet in peccatis cœcuntur,
corruptum est judicium; videtur festuca in o-
culo proximi, & irabs non appetit in proprio.

Apoc. 3. Callio in nube oculos tuos ut videntes.

III. PUNCTUM.

NEMO igitur sui boni vel mali bonus est la-
dex. Non est qui invocet justitiam, ait Pro-
pheta, neque est qui judicet verè;

Is. 59. Quod tum
principiè verum est quando agitur de bono
virtutis arduo & difficili exercendo quod refu-
git appetitus; vel de vitioso actu evitando quo
concupiscentia delectatur; tunc nisi diligenter
cum gratia sibi homo advigilet, facile sibi per-
suadet talis bonum sibi non expedire, aut tale

Gen. 25. malum sibi non nocere. En morior, quid mihi
proderunt primogeniti, Sic accepto pane Esaï, &
lentis edulio, comedit, & bibit & abiit parvipe-
dens quod primogenita vendidisset. Sic fascinatio
unguis obsecrat bona: Sicut mens fascina-
tive negabit se peccasse, vel quod peccavit

Prov. 30. non esse admodum grave, Comedit & tergens os
Eccles. 5. suum dicit, non sum operata malum. Peccavi, &
quid mihi accidit triste?

Itane verè Christianus de peccato judicare
posset, nisi iudicio corruptus esset? O quam ve-
rè S. Dorotheus: Cum subiectissimus multis pas-
sionibus, pravèque affectibus, nostro iudicio non
deberemus omnino fidere. Quando enim norma vel
regula curva est & infixa, nunquam quod secundum eam dirigitur, rectum efficitur, sed di-
florum. Quod si culpam amici, inquit S. Ber-
nardus, in tuo iudicio, amor illius aut minuit,
Serm. 19. Grad aut prossim absondit, quando magis amor tui tu-
Huml. um contra te iudicium fallit?

I. 9. Mor. Sanctus vero Gregorius in Moralibus de hac
e. 18. & universa iudicij pravitate & ignorantia sic pre-
clarè & fusa dicit: Sepe recto studio contra

19. delinquentium culpas accendimur, & cum ultra

aqua: metas per iram rapimur, hoc zelum
justæ distinctionis estimamus. Sepè officium

predicationis assumimus, ut per hos fraternali-
tilitatì serviamus, sed nisi placeamus cui loqui-

mur, nequaquam libenter accipitur quod predi-
camus. Cumque placere mens in utiliter studeat, ad

anorem audi propria turpiter defluit, & que à
captivitate viatorum curabat alios eruere, ipsa

suis facinoribus incipit captiva servire. Quasi la-
trunculus quippe est appetitum lanum bimana, qui

recto itinere gradientibus ex latere jungitur, us
ex oculis educto gladio gradientium via truci-
detur. Cumque proposa & utilitatè intentio ad
studia privata deducitur: horrendo modo unum
idemq; opus culpa peragit quod virtus inchoavit.

Sapè & ab ipsis exordiis aliud cogitatio expedit,
aliud actio ostendit. Sapè se fidelem sibi nec ipsa
cogitatio exhibet, quia aliud ante oculos mentis
versat. & longè ad aliud ex intentione festinat.
Nam plerumq; non nulli terrena premia appetunt,
& justitiam defendunt, seq; innocentes estimant
& esse defensores recti. tudinis exultant, quibus si-
spes nummorum subirah: tur, à defensione prostrata
justitia cessatur: Et tamen defensores se justitia
cogitant, sibique se rectos afferunt qui nequa-
quam rectitudinem, sed numeros quarunt.

Et post pauca. Sapè recta agimus & nequa-
quam premia, nequaquam laudes ab hominibus,
expectamus, sed tamen mens in sui fiduciam ere-
cta, his à quibus nihil experit, placere contemnit,
eorum justitia despicit, seq; male liberam per ab-
rupta elationis rapit: & inde sub virtute pejus ob-
truitur, unde quasi de virtù viciu, nullus se appeti-
tionibus subjace gloriaratur. Sapè dum nosmet-
ipsos plus justo discutimus, de ipso diuersioris stu-
dio indiscretius erramus, & mentis nostra actes
quod plus cernere nituntur, obscuratur: quia & qui
importanter Solis radios afficit, tenet rescit, & in-
de nihil videre compeditur, unde videre amplius
conatur.

Ex quibus S. Doctoris verbis, & aliis suprà
dictis patet, iudicium humanum depravari ex
appetitu tripliciter, primò quidem cum homo
sibi fingit non esse malum quod perpetrat: de-
inde cum an sit malum aut bonum plane igno-
rat. Deniq; cum bonum putat quod est malum.
O quis sibi fidat! o quis sibi non diffidat!

Ne imitariis prudenter tua: ne sis Sapiens 4. *Prov. 3.*
pud temetipsum, V. a sculti recta in oculis ejus; *Ibid. 11.*
qui autem Sapiens est, audit consilia. Ne dicas *Ecc. 11.*
quid est mihi opus? Et que erunt mihi ex hoc bo-
na? Ne dicas sufficiens mihi sum, & quid ex hoc
essimabor?

Vide in 1. parte, Feria 4. & 5. Hebdom 3 post
Epiphān. Et in 2. parte, Sabbato Hebdom. 2.
post Pascha: Feria 5. que est Octava Ascensio-
nis, ubi hæc tractatur Veritas:

Qui sensi suo privato saniore se aliis
putat, sano se privat lensu.

FFRIA